Csta. de Vallfog.ª t 1

1-311-4

Leg. 23 N. 10.

1.º de Mayo de 1698
1º 10 de Abril de 1707.
Fhã: 29 de Bun.º de 1736.

3.

Colaziones

dadas por el Vicario grãl de Viche del Beneficio fundado en la Capilla de N.ª S.ª del Populo, y baxo su invocazion sita en el Castillo de la Villa de Vallfogona: una al D.r Josef Quintana, clerigo del lugar de S.n Andreu de Durta, a que compaña otra copia de sentenzia sobre dhõ Beneficio, vacante por muerte de Buan Magons Presvt: à presentazion de el Procor grãl de D.n Jayme Fern.ª de Hijar, Duq.e y S.or de Hijar, y conde de Vallfogona, Dada en Viche à 10 de Mayo de 1698 ——

Otra acompañada de la copia de igual sentenz.ª, dada à Gabriel Puig, clerigo de Ripoll, por muerte del D.r Josef Quintana, à presentazion del Adm.or grãl nombrado por el Rey D.n Carlos 3.º para la Admin.on y Govierno de los

2

breves, y dros pertenez.tes en el Principado de Cataluña al Ex.mo S.or Duq.e de Hijar, aplicados entonces al Patrim.o R.l por derecho de confiscacion, q.e en dhos nombres tenia el Patronato, ó dro de presentar en dho Beneficio; Dada en Viche á 1 de Abril de 1707 ———

Otra copia dela colazion dada de dicho Beneficio al D.r Miguel Nebra, clerigo de Cervera, por libre Renunciacion, q.e del hizo el Referido Gabriel Puig, á presentazion del Ex.mo S.or d.n Joaq.n Diego Fern.z de Hijar, Duq.e de Hijar, y Conde de Vallfogona; Dada á 29 de Junio de 1756, en la Ciudad de Viche.

Las quales cinco copias estan selladas, autorizadas, signadas y firmadas, las quatro primeras por d.n Joph Lopez Pbro: y la quinta, y ultima por d.n Clemente Foved Pbro, ambos Not.os pp.cos y Esc.nos dela Curia dela Vicaria gral de Viche.

10t

Vallfogona.

1

Letras de colación dadas por el Cavallero Vicario general del Ill.mo Obispo de Vich, del Beneficio fundado en la Capilla de N.a S.a del Populo, sita en el Castillo de la Villa de Vallfogona.

Hay dos dadas à 10. de Mayo de 1698.
Otras dos .... à 1.o de Abril de 1707.
Y la ultima ...... à 29 de Junio de 1756.

Leg.o 23
Num.o 50.

GOBIERNO DE ARAGON

Nos Salvadorus Riera Presbyter V.I.D. Cano-
nicus Sedis Vicen. in Spiritualibus et temporalibus Vica-
rius Generalis et Officialis pro Illustri Capitulo Canonicorum
dictae Sedis Vicen. vices Episcopi Vicen. gerens Sede Episcopali
Vicen. Vacante. Dilecto Nobis in Christo Discreto Gabrieli
Puig clerico Villae Rivipulli Dioc. Vicen. Salutem in Domino
Vitae ac morum honestas &. Beneficium Igitur perpetuum
simplex Ecclesiasticum sub invocatione Beatae Mariae
de Populo in Capella ejusdem invocationis Castri Loci
Vallisfecundae Dioc. Vicen. Institutum et fundatum. Vacans
nunc de jure pariter et de facto per mortem naturalem
et corporalem Rdi Dni Josephi Quintana quondam
Presbyteri illius dum viveret ultimi possessoris de mense
Decembris proxime dimissi vita functi. Ad praesen-
tationem de tua persona factam per Magnificum
Josephum Puig Civem honoratum Barc. Uti Ad-
ministratorem cum libera et generali potestate et fa-
potestatis cultate D.N.D. Caroli tertii Hispaniarum Regis
(quem Deus incolumem servet) ad regendum guber-
nandum et administrandum omnes et quascumque
res bona Iura jurisdictiones & quos, quas et quae perti-
nebant et spectabant in praesenti Principatu Catha-
loniae Exmo Dno Duci de Hijar, et nunc Regio Patrimo-
nio applicata existunt. Prout de constitutione constat
Regio Decreto manu propria D.N. Regis firmato debitisque
solemnitatibus expedito Dato Barchinonae die vige-
sima nona mensis Martii Anno Millesimo septin-
gentesimo sexto. Patronum assertum dicti Beneficii
prout de dicta praesentatione constat Instrumento re-
cepto penes Rndum Doctorem Franciscum Rifos Pres-
byterum Notarium publicum, et Curiae Vicariatus Ec-
clesiastici Barc. Scribam die decima sexta mensis
Januarii proxime dimissi Qua per Nos fuit admissa
die vigesima quinta ejusdem mensis, super quaqui-
dem praesentatione fuit datum, et emanatum

5

Edictum, et in Parochiali Ecclesia Sancti Juliani de Vallfogona Dioc. Vicen. publicatum et ex Inde legitime coram Nobis reportatum et reproductum cui nullus se opposuit, nec contradixit. Tibi tamquam praesentato praedicto et alias habili et Idoneo ad dictum Beneficium obtinendum vigore Adjudicationis per Nos die praesenti et Infrascripta in tui favorem facta Damus, conferimus, et assignamus et de dicto Beneficio etiam providemus, teque Instituimus in illo, et per quoddam birretum Capiti Magnifici Eudaldi Peresteva Civis honorati Barchinonae Vici populati tui legitimi procuratoris pro ut de ejus procuratione Constat Instrumento recepto penes D. Guillermum Bosom auctoritatibus Apostolica, atque Regia Notarium publicum Regium Collegiatum Barc. die decima nona mensis Januarij proxime effluxi pro ut Idem Notarius fidem facit pro te et nomine tuo acceptantis positum te praesentialiter Investimus de eodem cum omnibus juribus et pertinentijs suis universis. Proviso tamen quod dicto Beneficio deservias & sisque Nobis Ill.mo que et R.mo Domino Vicen. Episcopo suisque Successoribus Obediens & Nihil de proprietatibus dicti Beneficij alienes & sub virtute Injungentes & Presbyteris & quatenus te & in possessionem sibique & de fructibus & faciant responderi & Contradictores & Compescendo. In quorum fidem & Dat. Vici die prima mensis Aprilis anno à Nativitate Domini Millesimo septingentesimo septimo. Praesentibus pro testibus Reverendo Dominico Sepidor presbytero in Sede Vicen. residente, et Jacobo Mas Clerico Vicen.

Postmodum autem die quinta praedictorum mensis, et anni Rndus Onuphrius Planas Presbyter Sanctae Theologiae Dr. procurator ad infrascripta et alia, una cum alio, et in solidum, specialiter et legitime Constitutus, et Ordinatus, à D.no Gabriele Puig Clerico Villae de Ripoll Dioc. Vicen. pro ut de ejus procuratione Constat Instrumento recepto penes Discretum Guillermum Bosom Auctoritatibus Apostolica et Regia Notarium publicum Regium Collegiatum civitatis

Baz.ª die decima nona mensis Januarij proxime
diminui pro et idem Notarius fidem facit dicto nomine
vigore dicto suo principali facta collationis de supradicto
Beneficio adeptus fuit possessionem de eodemque quam
eidem dicto nomine nemine contradicente ac in nomine
Domini modoque et forma solitis, et assuetis tradidit R.dus
Petrus Salgot presbyter subexecutor per eum dicto nomine
electus & Quiquidem Dominus subexecutor mandavit om-
nibus Vedditnarijs & Et dictus Honophrius Planes dicto no-
mine protestatus fuit quod non obstante de quibus &
Qua fuerint actas Praesente R.do Doctore Rocho
Serm presbytero Hebdomario Parochialis Ecclesiae S.ti
Juliani de Vallsfogona Diocesis Vicensis eoque nomine aucto-
ritate Ordinaria notario publico per totam
dictam parochiam qui praemissis nomine vice, et
loco, utique substitutus mei Christophori Arbell
omnibus Apostolica Regia ac Ill.mi Domini Vicensis Epis-
copi auctoritatibus Notarii publici, et Curiae Vicariatus
Ecclesiastici Vicensis scribae infrascripti vigore specialis
Commissionis interfuit, et praesentibus etiam Antonio
[Rafart, et] Cartany et Rafart agricola, et Bonaventu-
ra Arperlana paratore ambobus dictae Parochiae S.ti
Juliani de Vallsfogona pro testibus ad haec vocatis, atque
rogatis specialiter, et assumptis & constitutum ordi-
natum, et deputatum à S.C. et Regia Magestate qui eam appro-
bat propria manu Notarius insertis &

In quorum licet aliena manu scriptorum et a Reges-
tris praesentis Curiae et ex libro Comuni incipiente anno
millesimo septingentesimo quarto usque ad millesimum
septingentesimum octavum in ea bene recondito et fide-
liter custodito summptorum fidem et testimonium. Ego D. Josephus
Lopez presbiter Notarius Pub. et Curiae Vicariatus Ecle-
siastici Vicensis scriba hic me subscribo die vigesi-
ma prima mensis Novembris Anno a Nativitate
Domini Millesimo septingentesimo quinquagesimo quar-
to Civitate Vici Cum impressione Sigilli dictae Cu-
riae meum quo utor app. Sig+no.

Die decima Maii millessimo septingentessimo nonagessimo octavo.

Nos Laurentius Thomas Presbyter V. J. D. ac pro Illmo et Rmo Domino Don Antonio Pasqual Dei et Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Vicen. Episcopo Regioq. Consiliario in Spiritualibus et temporalibus Vicarius Generalis et Officialis. Viso praesenti processu illiusque meritis articulis oblatis instrumentis exhibitis cæterisque videndis visis attendendisque attentis.

Attento ex instrumento Collationis in praesenti Processu exhibito et alias constat in capella Castri de Vallfogona existere institutum atque fundatum quoddam Beneficium simplex Ecclesiasticum sub invocatione Beatæ Mariæ de Populo. Constat ex eodem Collationis instrumento pariter et possessionis ut praedicitur exhibito Excellentissimum Dominum Dm. Jacobum Fernandez de Ixar Ducem de Ixar et Comittem de Vallfogona existere in possessione seu quasi Juris praesentandi dictum Beneficium. Constat memoratum Beneficium nunc de jure pariter et de facto vacare per mortem naturalem Rndi Joannis Maspons presbyteri de mense Octobris proxime elapsi ultimi obtentoris illius. Constat praelibatum Excellentissimum Dominum Fernandez de Ixar et Comittem de Vallfogona vacationi dicti Beneficii infra legitimum tempus praesentasse Josephum Quintana Clericum Parochiæ Sancti Andreæ de Crista Vicen. Dioe. quem constat esse clericum necnon alias habilem et idoneum ad memoratum Beneficium obtinendum. Constat dictum Edictum emanatum ac publicatum fuisse quin constet aliquem ad se opponendum comparuisse.

His igitur et aliis meritis processus attentis, et alias pronuntiamus, sententiamus et declaramus supradictum

Beneficium Ecclesiasticum de quo agitur adiudicandum et Conferendum fore et esse pro ut cum praesenti conferimus et adiudicamus Iam dicto Josepho Rovira Clerico cum omnium jurium plenitudine tamquam habili et Idoneo nec non etiam in realem, et actualem possessionem, seu quasi illius immittendum fore, et esse pro ut cum praesenti immittimus et Immitti mandamus, et pro his Omnibus et singulis litteras Collationis, et possessionis, et alia opportuna juxta Curiae Stylum expediri jubemus.

Thomas V.G. et Off.

Copia huiusmodi Extracta fuit ex originali Processu Adiudicationis in Libro nono Adiudicationum in hac Curia bene et fideliter custodito. Et ut huic tam in Juditio quam Extra ab omnibus plena tribuatur fides Ego D. Josephus Lopez presbiter Notarius Pub. et Curiae Vicariatus Ecclesiastica Vicensis Scriba hic me subscribo die vigesima prima Mensis Novembris Anno a Nativitate Domini millesimo septingentesimo quinquagesimo quarto in Civitate Vici Cum impressione Sigilli dictae Curiae et meum appono Signum

Nos Laurentius Thomas Presbyter DD. in spi-
ritualibus et temporalibus V.G. et off. pro Ill.mo et R.mo in
Christo Patre et Domino Don Antonio Pasqual Dei et
Sanctae Sedis Apostolicae gratia Vicen. Episcopo Regique Con-
siliario &. Dilecto nobis in Christo Discreto Josepho Quinta-
na Clerico loci Sancti Andreae de Orista Dioc. Vicen.
Salutem in Domino. Vitae ac morum honestas &. Bene-
ficium igitur perpetuum simplex Ecclesiasticum sub
invocatione Beatae Mariae de Populo in Capella ejusdem
invocationis castri loci Vallisfecundae Vicen. Diocesis
institutum et fundatum. Vacans nunc de jure pariter
et de facto per mortem naturalem et corporalem D.ni
Joannis Masons presbyteri illius ultimi possessoris de
mense Octobris proxime dimissi, vita functi. Ad praesen-
tationem de tua persona factam per Nobilem Domi-
num Dominum Salvatorem Bernal in Civitate Barc.
populatum uti procuratorem generalem etiam cum
libera et generali Administratione, et ad hoc expresse
constitutum, et ordinatum ab Ex.mo Domino D.no Jacobo
Fernandez de Ixar, Silva Sarmiento Pinos et Fonollet
Duci, et Domini de Ixar, et Comitis Vallisfecundae
Patroni dicti Beneficii prout de dicta praesentatione
constat instrumento recepto apud Discretum Josephum
Tomes et Mensa Notarium publicum Villae Cervariae
die vigesima secunda mensis Januarii proxime
lapsi quod fuit Nobis Notificatum die prima mensis
Februarii, etiam proxime dimissi. Super qua quidem
praesentatione fuit datum et emanatum edictum
et in dicta Parochiali Ecclesia Sancti Juliani de Vallfo-
gona Dioc. Vicen. publicatum, et exinde legitime coram
Nobis reportatum et reproductum cui nullus se opposuit
nec contradixit. Tibi tamquam praesentato praedicto
et alias habili et idoneo ad illud obtinendum vigore
Adjudicationis per Nos die praesenti in tui favorem factae
Damus, Conferimus, et assignamus et de illo etiam provi-

demus, teque instituimus, Tu illo, et per quemdam birretum capiti Josephi Puigbo Sanctæ Theologiæ Professoris, huius civitatis Vicen. tui legitimi procuratoris pro ut de ejus potestate constat Instrumento recepto apud Discretum Antonium Cort Notarium publicum Vicen. die prima mensis februarij proxime effluxi pro te, et nomine tuo acceptantis positum te investimus de eodem cum omnibus juribus et pertinentijs suis universis. Proviso tamen quod dicto Beneficio deservias & Ei dicto Ill.mo et R.mo Domino Vicen. Episcopo & suis obediens & nihilque de proprietatibus dicti Beneficij alienes & sub virtute & Injungentes presbyteris qui habemus te & In possessionem & tibique & de fructibus & faciant respondere & Contradictores & Compescendo. In quorum fidem & Dat. Vici die decima mensis Maij anno à Nativitate Domini Millesimo Sexcentesimo nonagesimo Octavo.

Postmodum autem die vigesima tertia ejusdem mensis supradicti mensis Maij supradictus Josephus Puigbo procurator etiam ad infrascripta supradicti Josephi Quintana pro ut de ejus potestate constat eodem supra chalendato suo procuratorio Instrumento dicto nomine vigore supradictæ Collationis adeptus fuit possessionem de supradicto Beneficio sub Invocatione Beatæ Mariæ de Populo quam eidem dicto nomine nemine contradicente, ac in Nomine Domini modoque et forma solitis et assuetis tradidit Rdus Rochus Serra Presbyter S.T.D.r alter ex Hebdommadarijs Parochialis Ecclesiæ Sancti Juliani de Vallsfogona Diœc. Vicen. Subexecutor per eum dicto nomine electus & Qui quidem Dominus Subexecutor mandavit omnibus reddituarijs & Et dictus Josephus Puigbo dicto nomine protestatus fuit quod non solum res & de quibus & Quæ fuerunt acta in capella Beatæ Mariæ de Populo Castri Villæ dicti Sancti Juliani de Vallsfogona in qua dictum Beneficium, est fundatum. Præsente vocato, atque rogato

Rndo Petro Salsot... ... Hebdommadarijs Curarij dictæ Parochialis Ecclesiæ ... nomine auctoritate ordinaria notario publico per totam dictam parochiam qui præmissis uti substitutus Isidori Ponti presbyteri Notarij publici, ... infrascripti vigore specialis commissionis interfuit et præsentibus etiam pro testibus honorabili Antonio Vernedas vicario et Bajulo dictæ villæ et Michaele Mirapeix Aromatario villæ de Ripoll Diœsis Vicensis.

In quorum fidem et testimonium licet aliena manu scripta et a Registris præsentis Curiæ et de Libro Comuni ... incipiente anno millesimo sexcentesimo nonagesimo quinto usque ad millesimum sexcentesimum nonagesimum ... nonum in hac Curia bene et fideliter recondito extracta, ego Josephus Lopez ... Notarius Pub. et Curiæ Vicariatus Ecclesiastici Vicensis scriba hic me subscribo die vigesima prima Mensis Novembris Anno a Nativitate Domini Millesimo septingentesimo quinquagesimo Quarto in Civitate Vici cum impressione sigilli dictæ Curiæ et meum quo utor appono Signum.

12

Die prima Aprilis Millesimo Septingentesimo Septimo.

Nos Salvadorus Riera Canonicus V. I. D. ac pro Ill.ri Capitulo Canonicorum Sanctæ Ecclesiæ Vicens. in spiritualibus et temporalibus V. G. et Off. Sede Episcopali Vacante Viso præsenti Processu.

Attento enim ex meritis et signanter ex multiplicatis Adjudicationibus, varijsque Collationum et possessionum Instrumentis in processu exhibitis constat in Ecclesia Castri de Vallfogona Vicens. Diœc. quoddam perpetuum simplex Ecclesiasticum Beneficium sub Invocatione Beatæ Mariæ de Populo fundatum et erectum invenini. Constat recensitum (Edictum) Beneficium vaccare nunc de Iure pariter et de facto per mortem naturalem et Corporalem R.di Doctoris Iosephi Quintana presbyteri ultimi illius obtentoris et possessoris de mense Decembris millesimi septingentesimi septi vita functi prout latius ex fide Obitus in processu exhibita videre liquet. Constat vacationi memorati Beneficii infra tempus à Iure præfixum præsentatum extitere Gabrielem Puig Clericum Villæ de Ripoll Vicens. Diœc. per Magnificum Iosephum Puig Civem honoratum Barchinonæ Uti administratorem Generalem seu Sequestrem constitutum ordinatum et deputatum per S. C. et Regiam Magestatem Domini nostri Caroli tertii Hyspaniarum Regis ad gubernandum, administrandum et regendum bona jurisdictiones, et jura spectantia in præsenti Principatu Cathaloniæ Ex.mo D. Duci de Ixar Regio Patrimonio Confiscatorijs jure, applicata dictisque nominibus Patronum seu jus præsentandi habentem memorati Beneficii prout latius de dicto Regio mandato in favorem dicti Puig in processu exhibito clare liquet: Constat vigore antedictæ præsentationis Edictum emanatum ac publicatum fuisse editum ad instantiam præfati Gabrielis præsentati

13

neminemq hucusque ad se opponendum comparuisse Constat ex Adjudicationibus, et Collationibus in processu exhibitis et effectum sortitis per longissimum tempus desideratum à Sacro Concilio Tridentino ad probandum Iuspatronatus inter potentes istud spectare Comitibus de Vallfogona ac proinde in occurrentis vacationibus praesentandi ad memoratum Josephum Puig Vti Administratorem et Regium Sequestrem pertinere Constat tandem memoratum Gabrielem praesentatum esse Clericum habilem et Idoneum ad dictum Beneficium obtinendum ex quibus Omnibus liquet de bono Iure dicti Gabrielis praesentati quo ad postulatam, et praetensam adjudicationem.

His Igitur, et alijs meritis processus attentis et alias Sententiamus pronuntiamus ac declaramus memoratum simplex Ecclesiasticum Beneficium sub Invocatione Beatae Mariae de Populo, adjudicandum assignandum et conferendum fore et esse antedicto Gabrieli Puig Clerico Vti habili et Idoneo praesentato praedicto pro ut tenore praesentium adjudicamus, conferimus, et assignamus, nec non etiam in realem, et actualem dicti Beneficij possessionem seu quasi immittendum fore et esse pro ut cum praesenti cum jurium Omnium plenitudine immittimus et immitti mandamus. Et pro his Omnibus et singulis fiant, et expediantur litterae Collationis et alia necessaria et opportunia juxta stylum.

Riera V. G. et Off.l Processus Itaq. prout a[illegible]
Roc. in sua propria manu

Copia hujusmodi extracta fuit ex originali processu Adjudicationis in Libro Duodecimo Adjudicationum in hac Curia bene, et fideliter Custodito. Et, ut huic tam in judicio quam extra plena ab omnibus fides tribuatur Ego D.r Josephus Lopez presbiter Notarius Publicus et Curiae Vicariatus Ecclesiastici

Vicemus scriba hic me Subscribo die Vigesima
prima mensis Novembris Anno a Nativitate Do-
mini Millesimo Septingentesimo quinquagesimo
quarto in Civitate Vici Cum impressione Sigilli dicte
Curie et meum appono Signum

+

Die vigesima nona mensis Junij anno à Nat. Domini Millesimo Septingentesimo quinquagesimo Sexto, Vici.

Nos D.r D.r Joannes Carrancio de Medina Ltr. Regalium Consiliorum Advocatus in Spiritualibus, et Temporalibus V.G., et Off. pro Ill.mo ac R.mo in Christo Patre, et Domino D.n fr. Bartholomeo Sarmentero Dei, et S.ta Sedis Apostolicę gratia Ep.iscopo vicensi Regioque Consiliario &c.

Viso presenti processu, et signanter suplicatione die nona presentis mensis, et anni per legitimum Procuratorem Doctoris Michaelis Nebra clerici Civitatis Cervario Diocesis Celsonensis oblata, visis instrumentis in processu productis, nec non testibus ministratis: Visis videndis, et attentis attendendis. Attento constat Beneficium perpetuum simplex Ecclum. sub invocatione B.e Maria del Populo in Ecclesia seu Capella Castri de Vallfogona vicens. Dioc. institutum, et fundatum, vacare nunc de jure pariter, et de facto per liberam renuntiationem in manibus Nostris per legitimum procuratorem Nobilis Gabrielis de Puig Equitis S. R. Imperij in Civitate viena Austria residentis ultimi illius obtentoris die quinta mensis Aprilis proxime preteriti pure, libere, et simpliciter factam, et per nos justis de causis admissam. Attento ex instrumentis in processu productis, et ex quam pluribus Collationibus, seu dicti Benefici adjudicationibus exhibitis, et per longissimum tempus a S. C. T. ad probandum jus patronatus inter potentes desideratum effectum sortitis, constat jus patronatus prelibati Beneficij ad Dominos illustres Comites de Vallfogona, et Dominos illius Castri pertinere: Attento ex testibus ministratis constat Excellen.m

Dominum Dr. Joachin, Didacum Fernandez de Hijar Portugal, Portocarrero, Ducem, et Dominum de Hijar esse Ducem, seu potius Comitem de Vallfogona, Dominuque illius Castri, ac per consequens dicti Beneficij Patronum. Attento Constat relatum Dominum Patronum intra legitimum tempus memoratum presentasse Beneficium in Personam relati Michaelis Hebra Clerici, ac in jure Civili Doctoris, ad cuius litterae Edictales fuerunt ab hac Curia expeditae, et post earum assuetam publicationem legitime reportatae, quin de ullo constet oppositore, seu contradictore: Attento nobis constat relatum Hebra esse notorie idoneum ad dictum Beneficium obtinendum.

Ideo, et alias declaramus memoratum Beneficium Perpetuum simplex lectum sub invocatione Bte. Mariae del Populo in Ecclesia seu Capella Castri de Vallfogona institutum et fundatum, conferendum, et adjudicandum fore, et esse prout cum presenti illud Confferimus, et adjudicamus relato Dri. Michaeli Hebra Clerico Civitatis Cervariae Diocesis Celsonensis tamquam habili, et idoneo ad illud obtinendum, ac alias legitime presentato, eundemque in possessionem dicti Beneficii immittendum fore, et esse, prout cum presenti immittimus, et immitti mandamus, et ita providemus, pronunciamus, et mandamus. Instantia in scientia ac alias habilem et idoneum. Ita approvat Notts. infrus.

Carrancio V. G., et offl.

Copia hujusmodi in hac papiro scripta sumpta et extracta fuit a quodam processu adjudicationis per me actitato in hac Curia Vicariatus Ecclesiastici vicensis remanenti. Et ut huic Copiae tam in Judicio quam extra ab omnibus plena adhibeatur fides. Ego Mn. Clemens Tobed Presbiter Notarius, et Curiae Vicariatus Ecclesiastici vicensis Scriba hic manu propria me subscribo et instatus, et requisitus die octavo Julij anno a Nativitate

Domini Millesimo Septingentesimo quinquagesimo sexto.
Cum Impressione sigilli dictae Curiae meum quo utor appo-
no Sig num. &c.